

ma le piantagioni si fanno a propagini, difficile sarà, nell'avanzata stagione, averne la quantità richiesta.

Dal Bassanese si potrebbe ottenerne una certa qualità, ma ci non può recarvisi nè sa a chi rivolgersi.

Gli amici promettono però alcune viti dai colli Padovani, e nella pianura vi sono delle varietà buonissime, di cui l'amico potrà avere quante ne vuole.

Occorrerà però che mandi un messo, chè al V. di fetta perfino il tempo per curare la propria salute.

Nè questo egli dice per vanagloria; anzi si compiace di imitar in ciò lo Zabarella, il quale trae vanto solo dalla sua opereziosità;

sed qui hic volunt vineas plantare, biennio prius aut ad minimum anno ^(a) cum colonis conveniunt uti in vineis suis propagines conserant et palmites, ut sunt viti matri coherentes, terre infodiant, quos actis radicibus in novelleta sua post annum transferre possint. nos vero, quoniam improvisi ad hanc rem venimus, non nisi aut casu ab amicis aut ab aliis nummo maiore consequimur ^(b) vites, aut quas gropellas dicunt ^(c) quasque expediri tibi ius ex Bassiano esse ^(d) audio. hic ego neque auxilium neque consilium adhibere possum, nam rarus est hinc inde commeatus ^(d) et ego neminem ex eo oppido novi quocum de istac re conferrem. cum amica tua et ^(e) filiis, ut iussisti, locutus sum. illi quidem solliciti sese curaturos polliciti sunt, ut ex his montibus ^(f) quantum vitium cogere aut per se aut per amicos possent, haberes; ex Bassiano ^(g) autem quid promittant non habent, cum nec predia sua, que ibi vi aut iniuria ab aliis possidentur, assequi valeant. ne autem semper summa sectemur, sunt in hoc plano genera vitium, que et grandia vina et suavia germinent, hec quidem grossa et dura, illa vero tenuiora et levia; quedam item que album, alia que nigrum, reliqua que medii coloris merum edant; et hec quidem hiemi, illa vero estati et ceteris anni temporibus convenientia magis. ex his facile erit assequi quantum voles. ceterum ut nuntium tuum huc mittas oportet, eumque primum, si quicquam fieri ^(g) vis, huc sistas. ego enim huic rei sufficere non possem, cui vix tempus ad salubritatem ex quotidiano studio suppetit. in quo dicto nulla est, ut rere, iactantia; est fortassis quedam moderata gloria, in qua non vereor ne michi turpe sit integerrimum virum omnique ^(h) virtutis et doctrine genere prestantem, dominum Franciscum de Zaba-

(a) *P espunge anno* (b) *P assequimur* (c) *P tibi vis ex Bassiano esse* *Combi corr. vis ex Bassiano etiam* (d) *B nam rerum est hinc inde commentarium* *In marg. corretto da seconda mano rarus - commeatus* *P nam rarum commentarium* (e) *B amica et* (f) *B mentibus* (g) *P si quid fieri* (h) *B omni et*

(1) Cf. G. BOERIO *Dizionario del dialetto veneziano*, Venezia, 1829: «Gropelo (gropella). Sorte d'uva nera di acini fitti, buonissima per vino».

(2) La città ed il comune di Bassano nella provincia di Vicenza ap-

partenevano alla signoria Carrarese dal 1339 al 1388, quando caddero sotto il dominio del Visconti, passando poi alla Repubblica Veneta nel 1404. Parrebbe quindi che si tratti qui d'una espropriazione da parte dei Visconti.